

Anzeigeblatt für die Erzdiöcese Freiburg.

Nro. 15.

Freiburg, den 14. Oktober 1868.

XII. Jahrgang.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

LITTERAE APOSTOLICAE

AD OMNES EPISCOPOS ECCLESIARUM RITUS ORIENTALIS COMMUNIONEM CUM
APOSTOLICA SEDE NON HABENTES.

Arcano Divinae Providentiae consilio, licet sine ullis meritis nostris, in hac sublimi Cathedra haeredes Beatiissimi Apostolorum Principis constituti, qui *juxta praerogativam sibi a Deo concessam firma et solidissima petra est, super quam salvator Ecclesiam aedificavit,*¹⁾ impositi Nobis oneris sollicitudine urgente, ad eos omnes in quilibet terrarum Orbis regione degentes, qui christiano nomine censentur, curas Nostras extendere, omnesque ad paternae caritatis amplexus excitare vehementissime cupimus et conamur. Nec vero absque gravi animae Nostrae periculo partem ullam christiani populi negligere possumus, qui pretiosissimo Salvatoris Nostri sanguine redemptus et sacris baptismi aquis in Dominicum gregem adlectus, omnem sibi vigilantiam Nostram jure desposcit. Itaque cum in omnium procurandam salutem, qui Christum Jesum agnoscent et adorant, studia omnia cogitationesque Nostras indesinenter conferre debeamus, oculos Nostros ac paternum animum ad istas convertimus Ecclesias, quae olim unitatis vinculo cum hac Apostolica Sede conglutinatae tanta sanctitatis caelestisque doctrinae laude florebant, uberesque divinae gloriae et animarum salutis fructus edebant, nunc vero per nefarias illius artes ac machinationes, qui primum schisma excitavit in caelo, a communione Sanctae Romanae Ecclesiae, quae toto Orbe diffusa est, sejunctae ac divisae cum summo Nostro moerore existunt.

Hac sanè de causa jam ab ipso supremi Nostri Pontificatus exordio Vobis pacis caritatisque verba toto cordis affectu loquuti sumus.²⁾ Etsi vero haec Nostra verba optatissimum minime obtinuerint exitum, tamen nunquam Nos deseruit spes fore, ut humiles aequae ac ferventes Nostras preces propitius exaudire dignetur clementissimus ac benignissimus salutis pacisque Auctor, qui *operatus est in medio terrae salutem, quique oriens ex alto pacem sibi acceptam et ab omnibus acceptandam evidenter ostendens, eam in ortu suo Angelorum ministerio bonae voluntatis hominibus nuntiavit, et inter homines conversatus verbo docuit, praedicavit exemplo.*³⁾

Jam vero cum nuper de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio Oecumenicam Synodus futuro anno Romae celebrandam, ac die octavo mensis Decembris Immaculatae Deiparae Virginis Mariae Conceptioni sacro incipiendam indixerimus et convocaverimus, vocem Nostram ad Vos rursus dirigimus, et majore, qua possumus, animi Nostri contentionе Vos obsecramus, monemus et obtestamur, ut ad eamdem generalem Synodus convenire velitis, quemadmodum Majores Vestri convenerunt ad Concilium Lugdunense II. a recol. mem B. Gregorio X. Praedecessore Nostro habitum, et ad Florentinum Concilium a fel. record. Eugenio IV. item Decessore Nostro celebratum, ut dilectionis antiquae legibus renovatis et Patrum pace, caelesti illo ac salutari Christi

¹⁾ S. Greg. Nyssen. Laudatio altera S. Steph. Protomart. ap. Galland. VI. 600.

²⁾ Epist. ad Orientales. In suprema die 6. Januarii an. 1848.

³⁾ Epist. B. Greg. X. ad Michaelem Palaeologum Graec. Imper. die 24. Octobris an. 1272.

dono quod tempore exaruit, ad vigorem iterum revocata,¹⁾ post longam moeroris nebulam et dissidii diurni atram ingratamque caliginem serenum omnibus unionis optatae jubar illucescat.²⁾

Atque hic sit jucundissimus benedictionis fructus, quo Christus Jesus nostrum omnium Dominus et Redemptor immaculatam ac dilectissimam Sponsam suam catholicam Ecclesiam consoletur, ejusque temperet et abstergat lacrimas in hac asperitate temporum, ut, omni divisione penitus sublata, voces antea discrepantes perfecta spiritus unanimitate collaudent Deum, qui non vult schismata esse in nobis, sed ut idem omnes dicamus et sentiamus Apostoli voce praecepit; immortalesque misericordiarum Patri semper agantur gratiae ab omnibus Sanctis suis, ac praesertim a gloriosissimis illis Ecclesiarum Orientalium antiquis Patribus et Doctoribus, cum de caelo prospiciant instauratam ac redintegratam cum hac Apostolica Sede catholicae veritatis et unitatis centro conjunctionem, quam ipsi in terris viventes omnibus studiis atque indefessis laboribus fovere et magis in dies promovere tum doctrina, tum exemplo curarunt, diffusa in eorum cordibus per Spiritum Sanctum caritate Illius, qui medium maceriae parietem solvit, ac per Sanguinem suum omnia conciliavit et pacavit, qui signum discipulorum suorum in unitate esse voluit, et cuius Oratio ad Patrem porrecta est: Rogo ut omnes unum sint, sicut et Nos unum sumus.

Datum Romae apud S. Petrum die 8. Septembris anno 1868. Pontificatus Nostri Anno Vicesimotertio.

PIVS PP. IX.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

P II

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

LITTERAE APOSTOLICAE

AD OMNES PROTESTANTES, ALIOSQUE ACATHOLICOS.

Jam vos omnes noveritis, Nos licet immerentes ad hanc Petri Cathedram evectos, et idcirco supremo universae catholicae Ecclesiae regimini, et curae ab ipso Christo Domino Nobis divinitus commissae praepositos opportunum existimasse, omnes Venerabiles Fratres totius orbis Episcopos apud Nos vocare, et in Oecumenicum Concilium futuro anno concelebrandum cogere, ut cum eisdem Venerabilibus Fratribus in sollicitudinis Nostrae partem vocatis ea omnia consilia suscipere possimus, quae magis opportuna, ac necessaria sint, tum ad dissipandas tot pestiferorum errorum tenebras, qui cum summo animarum damno ubique in dies dominantur et debachantur, tum ad quotidie magis constituendum, et amplificandum in christianis populis vigilantiae Nostrae concreditis verae fidei, justitiae, veraeque Dei pacis regnum. Ac vehementer confisi arctissimo et amantissimo conjunctionis foedere, quo Nobis, et Apostolicae huic Sedi iidem Venerabiles Fratres mirifice obstricti sunt, qui nunquam intermisserunt omni supremi Nostri Pontificatus tempore splendidissima erga Nos, et eamdem Sedem fidei, amoris, et observantiae testimonia praebere, ea profecto spe nitimur fore, ut veluti praeteritis saeculis alia generalia Concilia, ita etiam praesenti saeculo Concilium hoc Oecumenicum a Nobis indictum uberes, laetissimosque, divina adspirante gratia, fructus emittat pro majore Dei gloria, ac sempiterna hominum salute.

Itaque in hanc spem erecti, ac Domini Nostri Jesu Christi, qui pro universi humani generis salute tradidit animam suam, caritate excitati, et compulsi, haud possumus, quin futuri Concilii occasione eos omnes Apostolicis, ac paternis Nostris verbis alloquamur, qui etiamsi eumdem Christum Jesum veluti Redemptorem agnoscant, et in christiano nomine glorientur, tamen veram Christi fidem haud profitentur, neque catholicae Ecclesiae communio nem sequuntur. Atque id agimus, ut omni studio et caritate eos vel maxime moneamus, exhortemur, et obsecre-

¹⁾ Epist. LXX. al. CCXX. S. Basilii Magni ad S. Damasum Papam.

²⁾ Defin. S. Oecum. Synodi Florent. in Bulla Eugenii IV. Laetentur Caeli.

mus, ut serio considerare et animadvertere velint, num ipsi viam ab eodem Christo Domino praescriptam sectentur, quae ad aeternam perducit salutem. Et quidem nemo inficiari, ac dubitare potest, ipsum Christum Jesum, ut humanis omnibus generationibus redemptionis suae fructus applicaret, suam hic in terris supra Petrum unicam aedificasse Ecclesiam, idest unam, sanctam, catholicam, apostolicam, eique necessariam omnem contulisse protestatem, ut integrum inviolatumque custodiretur fidei depositum, ac eadem fides omnibus populis, gentibus, nationibus traderetur, ut per baptismum omnes in mysticum suum corpus cooptarentur homines, et in ipsis semper servaretur, ac perficeretur illa nova vita gratiae, sine qua nemo potest unquam aeternam mereri et assequi vitam, utque eadem Ecclesia, quae mysticum suum constituit corpus in sua propria natura semper stabilis et immota usque ad consummationem saeculi permaneret, vigeret, et omnibus filiis suis omnia salutis praesidia suppeditaret. Nunc vero qui accurate consideret, ac meditetur conditionem, in qua versantur variae, et inter se discrepantes religiosae societas sejunctae a catholica Ecclesia, quae a Christo Domino, ejusque Apostolis sine intermissione per legitimos sacros suos Pastores semper exercuit, et in praesentia etiam exerceat divinam protestatem sibi ab ipso Domino traditam, vel facile sibi persuadere debet, neque aliquam peculiarem, neque omnes simul conjunctas ex eisdem societatibus ullo modo constituere, et esse illam unam et catholicam Ecclesiam, quam Christus Dominus aedificavit, constituit, et esse voluit, neque membrum, aut partem ejusdem Ecclesiae ullo modo dici posse, quandoquidem sunt a catholica unitate visibiliter divisae. Cum enim ejusmodi societas careant viva illa, et a Deo constituta auctoritate, quae homines res fidei, morumque disciplinam praesertim docet, eosque dirigit, ac moderatur in iis omnibus, quae ad aeternam salutem pertinent, tum societas ipsae in suis doctrinis continenter variarunt, et haec mobilitas, ac instabilitas apud easdem societas nunquam cessat. Quisque vel facile intelligit, et clare aperteque noscit, id vel maxime adversari Ecclesiae a Christo Domino institutae, in qua veritas semper stabilis, nullique unquam immutationi obnoxia persistere debet, veluti depositum eidem Ecclesiae traditum integerrime custodendum, pro cuius custodia Spiritus Sancti praesentia, auxiliumque ipsi Ecclesiae fuit perpetuo promissum. Nemo autem ignorat, ex hisce doctrinarum, et opinionum dissidiis socialia quoque oriri schismata, atque ex his originem habere innumerabiles communiones, et sectas, quae cum summo christiana, civilisque reipublicae damno magis in dies propagantur.

Enimvero quicunque religionem veluti humanae societatis fundamentum cognoscit, non poterit non agnoscere et fateri quantam in civilem societatem vim ejusmodi principiorum, ac religiosarum societatum inter se pugnantium divisio, ac discrepancia exercuerit, et quam vehementer negatio auctoritatis a Deo constitutae ad humani intellectus persuasiones regendas, atque ad hominum tum in privata, tum in sociali vita actiones dirigendas excitaverit, promoverit, et aluerit hos infelicissimos rerum, ac temporum motus, et perturbationes, quibus omnes fere populi miserandum in modum agitantur, et affliguntur.

Quamobrem ii omnes, qui Ecclesiae catholicae unitatem et veritatem non tenent,¹⁾ occasionem amplectantur hujus Concilii, quo Ecclesia Catholica, cui eorum Majores adscripti erant, novum intimae unitatis, et inexpugnabilis vitalis sui roboris exhibit argumentum, ac indigentiis eorum cordis respondentes ab eo statu se eripere studeant, in quo de sua propria salute securi esse non possunt. Nec desinant ferventissimas miserationum Domino offerre preces, ut divisionis murum disjiciat, errorum caliginem depellat eosque ad sinum sanctae Matris Ecclesiae reducat, in qua eorum Majores salutaria vitae pascua habuere, et in qua solum integra Christi Jesu doctrina servatur, traditur, et caelestis gratiae dispensantur mysteria.

Nos quidem cum ex supremi Apostolici Nostri ministerii officio Nobis ab ipso Christo Domino commisso omnes boni pastoris partes studiosissime explere, et omnes universi terrarum orbis homines paterna caritate prosequi, et amplecti debeamus, tum has Nostras ad omnes christianos a Nobis seiunctos Litteras damus, quibus eos etiam, atque etiam hortamur et obsecramus, ut ad unicum Christi ovię redire festinent; quandoquidem eorum in Christo Jesu salutem ex animo summopere optamus, ac timemus, ne eidem Nostro Judici ratio a Nobis aliquando sit reddenda, nisi, quantum in Nobis est, ipsis ostendamus, et muniamus viam ad eamdem aeternam assequendam salutem. In omni certe oratione et obsecratione cum gratiarum actione nunquam desistimus dies noctesque pro ipsis caelestium luminum, et gratiarum abundantiam ab aeterno animarum Pastore humiliter, enixeque exposcere. Et quoniam vicariam Ejus hic in terris licet immerito gerimus operam, idecirco errantium filiorum ad catholicae Ecclesiae reversionem expansis manibus ardentissime exspectamus, ut eos in caelestis Patris domum amantissime

¹⁾ S. August. Epist. 61. al. 223.

excipere, et inexhaustis ejus thesauris ditare possimus. Etenim ex hoc optatissimo ad veritatis, et communionis cum catholica Ecclesia reditu non solum singulorum, sed totius etiam christianaee societatis salus maxime pendet, et universus mundus vera pace perfui non potest, nisi fiat unum ovile, et unus pastor.

Datum Romae apud S. Petrum die 13. Septembris 1868. Pontificatus Nostri Anno Vicesimotertio.

PIUS PP. IX.

Pfründe ausschreiben.

Nachstehende Pfründe wird anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

Boll, Decanats Hchingen.

Die Bewerber um diese Pfründe haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Se. Königl. Hoheit den Durchlauchtigsten Fürsten Karl Anton von Hohenzollern gerichteten Bittgesuche um Präsentation durch die Fürstl. Hofkammer binnen 6 Wochen einzureichen.

Pfründebesetzungen.

Seine Exellenz der hochwürdigste Herr Erzbischof Hermann haben noch bei Lebzeiten die Pfarrei Waltersweier, Decanats Lahr, dem Pfarrverweser Joseph Ganter in Wollmatingen verliehen, derselbe ist jedoch erst am 27. August l. J. investirt worden.

Dem von Sr. Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Andelshofen, Decanats Linzgau, präsentirten Pfarrer Anton Maria Gäß, bisher Verweser des Pfleumern'schen Beneficiums in Ueberlingen, wurde am 1. September l. J. die canonische Institution ertheilt.

Se. Königl. Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von dem Erzbischöfl. Capitels-Bicariate vorgeschlagenen drei Bewerber den bisherigen Pfarrer Franz Joseph Pfister von Illmensee auf die Pfarrei Hennert, Decanats Waldshut, designirt, und hat derselbe am 3. September die canonische Institution erhalten.

Se. Königl. Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von dem Erzbischöfl. Capitels-Bicariate vorgeschlagenen drei Bewerber um die Pfarrei Kränkingen, Decanats Waldshut, den bisherigen Pfarrverweser Anton Bührle daselbst auf diese Pfarrei designirt und hat derselbe am 10. September die canonische Institution erhalten.

Dem von Sr. Königl. Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Horben, Decanats Breisach, präsentirten bisherigen Pfarrer Wilhelm Weber von Todtnauberg wurde am 3. September l. J. die canonische Institution ertheilt.

Dem von Sr. Königl. Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Kengingen, Decanats Freiburg, präsentirten bisherigen Pfarrer Leopold Hoppenack von Oppenau wurde am 15. September l. J. die canonische Institution ertheilt.

Diensternennungen.

Zu Erzb. Schulinspectoren wurden ernannt:

Für das Landcapitel Wiesenthal: Pfarrer und Definitor Ernst Ginhofer in Wehr.

" " " Triberg: Pfarrer Friedrich Schultheiß in Wolfach.

" " " " Pfarrer Conrad Falchner in Neukirch.

Von dem venerablen Landcapitel Linzgau wurde Pfarrer Carl Hummel von Dwingen als Definitor der Regierung
Überlingen und Pfarrer Anton Maria Gäß von Andelshofen als Capitelssecretär erwählt und unterm 1. Oktober l. J.
von dem Erzb. Capitels-Vicariat bestätigt.

Anstellung der Neupriester.

Bader Max von Durmersheim als Vicar nach Rastatt.
Balzer Georg von Freiburg als Vicar nach Niedern.
Behringer Adelbert von Wittenchwand als Vicar nach Bühl.
Beierstettel Jacob von Freiburg als Vicar nach Unteralpfen.
Beuchert Wilhelm von Wallbürn als Vicar nach Höhlingen.
Boch Andreas von Neidenstein als Vicar nach Hardheim.
Braun Fridolin von Krauchenwies als Vicar nach Burladingen.
Burkhart Xaver von Stahlhof als Vicar nach Herbolzheim.
Engert Stephan von Dittigheim als Vicar nach Roth.
Epp Gustav von Horrenberg als Vicar nach Mörsch.
Er sche Peter von Rielasingen als Vicar nach Seefelden.
Fröhlich Conrad von Meßkirch als Vicar nach Stockach.
Hamburger Eduard von Mahlsberg als Vicar nach Breisach.
Hamrich Anton von Dittwar als Vicar nach Kupprichhausen.
Hauck Ambros von Grokrindersfeld als Vicar nach Freudenberg.
Haug Karl von Ottenau als Vicar nach Ettlingen.
Henn Albin von Wagenbuch als Vicar nach Maisch, Dec. St. Leon.
Hettich August von Schonach als Vicar nach Schweighausen.
Hipp Engelbert von Salmendingen als Vicar nach Ostrach.
Hiss Franz Carl von Eschbach b. Staufen als Vicar nach Breisach.
Holl Robert von Sigmaringen als Vicar nach Empfingen.
Hönig Matthias von Bimbach als Vicar nach Neusatz.
Huber Joseph von Stetten b. Engen als Vicar nach Schönau i. W.
Hutmacher Heinrich von Haigerloch als Vicar nach Veringenstadt.
Ketterer Valentin von Triberg als Vicar nach Kirchen.
Krug Julius von Wüngolsheim als Vicar nach Überlingen.
Kunz Joseph von Friesenheim als Vicar nach Steinbach.
Lang Carl von Mühlburg als Vicar nach Grombach, Dec. Waibstadt.
Nägele Gottfried von Kohlfelden als Vicar nach Griessen.
Rohrer Augustin von St. Peter als Vicar nach Hindelwangen.
Schäfer Bernhard von Schutterthal als Vicar nach Durbach.
Schäffner Otto von Breisach als Vicar nach Haslach i. R.
Schén Carl von Donaueschingen als Vicar nach Offenburg.
Schmieder Cletus von Großstadthofen als Vicar nach Gengenbach.
Sprich Fridolin von Zell i. W. als Vicar nach Nußbach b. Offenburg.
Steiert Hermann von Kappel als Vicar nach Oberkirch.
Sulger Meinrad von Weildorf als Vicar nach St. Märgen.
Uihlein Hermann von Steinbach als Vicar nach Ettlingenweier.
Walz Friedrich von Krautheim als Vicar nach Hilsbach.

Anweisung der Pfarrverweser und Vicare.

Den 23. Juli: Vicar Karl Kraus von Oberkirch i. g. E. nach Ettenheim.

Den 3. Aug.: Vicar Anton Adolph Bregartner von Hindelwangen i. g. E. nach Zell a. H.

Vicar Joseph Sachs in Zell a. H. als Pfarrverweser nach Wollmatingen.

Vicar Felix Winterhalter von Dichtlingen als Pfarrverweser nach Rückenbach.

- Den 3. Aug.: Vicar Reinhold Sauter von Ehingen i. g. E. nach Dachtlingen.
Pfarrverweser Hermann Ruff von Horben i. g. E. nach Hattingen.
- Den 20. Aug.: Vicar August Schmidt von Ostrach als Pfarrverweser nach Einhart.
- Den 27. Aug.: Pfarrverweser Melchior Vierneisel von Königheim i. g. E. nach Vilchband.
Vicar Wilhelm Gramlich von Rastatt als Pfarrverweser nach Königheim.
Vicar Wilhelm Constanzer von Vilchband i. g. E. nach Limbach.
Vicar Magnus Ackermann von Baden als Pfarrverweser nach Karlsdorf.
Vicar Oscar Liehl von Ueberlingen i. g. E. nach Baden.
Vicar August Panther von Ettlingen als Pfarrverweser nach Schöllbronn, Dec. Ettlingen.
Pfarrverweser Karl Mezger von Ketsch i. g. E. nach Illspan.
Pfarrverweser Jacob Weniger von Illspan i. g. E. nach Ketsch.
Pfarrverweser Anton Höfle von Salem i. g. E. nach Illmensee.
Pfarrer Joh. Bapt. Bertsche in Ueberlingen als Pfarrverweser nach Salem.
- Den 29. Aug.: Vicar Rupert Müller von Endingen i. g. E. nach Bleichheim.
Vicar Karl Sättel von Herbolzheim i. g. E. nach Endingen.
Pfarrverweser Johann E. Link von Heinstetten als Nachprädicaturverweser nach Pfullendorf.
Vicar Adolf Hirtler von Bühl als Pfarrverweser nach Kadelburg.
Vicar Augustin Heimlich von St. Peter als Pfarrverweser nach Worblingen.
Pfarrverweser Ludwig Winterhalder von Renzingen i. g. E. nach Triberg.
Pfarrverweser Karl Flum von Herrenwies i. g. E. nach Todtnauberg.
Vicar Joseph Nintersknecht von Schönau i. W. als Pfarrverweser nach Herrenwies.
Vicar Hugo Ehrensperger von Haslach als Pfarrverweser nach Möggingen.
Priester Joseph Höß als Vicar nach Kappelrodeck.
Vicar Karl Schwörer von Steinbach i. g. E. nach Ulm.
Vicar Wilhelm Störk von St. Märgen i. g. E. nach St. Peter.
- Den 3. Sept.: Pfarrverweser Karl Bläß von Viel i. g. E. nach Oppenau.
Vicar Hubert Winterer von Ichenheim als Pfarrverweser nach Viel.
Vicar Adolf Siebold von Watterdingen als Kaplaneiverweser nach Dwingen.
Vicar Constantin Reinhart von Oberwolfsach i. g. E. nach Ichenheim.
Vicar Wilhelm Obermüller von Unteralpfen i. g. E. nach Oberwolfsach.
Vicar Anton Haury von Niedern als Pfarrverweser nach Kirchdorf.
- Den 10. Sept.: Vicar Franz Anton Reutter von Gengenbach als Pfarrverweser nach Waldkirch, Dec. Waldshut.
Vicar Joseph Gremmelspacher von Seefelden als Pfarrverweser nach Thennenbronn.
Kaplaneiverweser Ludwig Zapf von Säckingen als Pfarrverweser nach Unteralpfen.
Pfarrverweser Alois Strütt von Unteralpfen i. g. E. nach Oberried.
Kaplaneiverweser Theodor Metzger von Feldkirch als Pfarrverweser nach Biengen.
- Vicar Adam Halbig von Ettenheim als Kaplaneiverweser nach Säckingen.
- Den 17. Sept.: Vicar Richard Graf von Breisach als Pfarrverweser nach Röllingen.
- Den 24. Sept.: Vicar Friedrich Walz von Hilsbach i. g. E. nach Wiesenthal.
- Curatieverweser Carl Reichert von Adelsheim als Pfarrverweser nach Handschuchsheim.
- Den 25. Sept.: Pfarrverweser August Walk von Bollschweil als Kaplaneiverweser nach Bermatingen.
- Den 1. Okt.: Pfarrverweser Joh. B. Koller von Diessen i. g. E. nach Hart.
- Den 1. Okt.: Pfarrverweser Albert Kurz von Oberried als Kaplaneiverweser nach Feldkirch.
- Den 3. Okt.: Geistl. Lehrer und Lehramtspraktikant Carl Theodor Rückert vom Gymnasium zu Tauberbischofsheim i. g. E. an das Lyceum in Freiburg.
Geistl. Lehrer und Lehramtspraktikant J. Bapt. Löhle am Gymnasium von Bruchsal i. g. E. an das Gymnasium in Tauberbischofsheim.
- Vicar Theodor Schmidt von Stockach als Geistl. Lehrer an das Gymnasium zu Bruchsal.
Vicar Bernhard Häuser von Breisach i. g. E. nach Ehingen.

Die Erzb. Decanate ersuchen wir, ihren Bedarf an Kirchendirectorien für das kommende Jahr unter Angabe der Be-
schaffenheit des Einbandes in Bälde uns gefälligst anzugeben.
Erzb. Expeditur.